

Ecclesiastica dignitate, vt refert nouiffimè Dionyfius Paulus Valentinus in *fofcut. cleric. part. 1. num. 48. pag. 41.* Quamuis ego quoque eminentem scientiam cenfcaam esse, quam illi mediocrem reputant, nempe cum reuolutione librorum difficillimas quaestiones refoluere, cum experientia nos doceat neminem ferè exactè posse illis respondere sine reuolutione librorum: quinimò sapè ac fèpius, imò vt plurimum errare eos, qui repèntè similibus quaestionibus difficillimis respondent quamuis alias literatiffimi sint, atque vtri insignes in suis facultatibus. Hæc sint in transitu dicta. Ergo (nunc ad rem) cum sit difficilis admodum cognitio, vtrum aliquis eminentis sit scientiæ, consuetudo huiusmodi tanquam incerta cassata est in d. cap. cum venerabilis: hæc Celsus vbi supra.

19 Sed respondemus ponderationem hanc esse magis subtilem quam veram. In primis enia glosa vbi, & ferè omnes generaliter deducunt ex illo tex. quod supra diximus non valere, scilicet, statutum vel consuetudinem, vt ignobiles non admittantur in Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, sed tantum nobiles sanguine: sic loquitur Celsus contra mentem ferè omnium Doctorum ibidem. Denique Summus Pontifex in d. cap. venerabilis non plus ponderauit vnam qualitatem eminentis scientiæ quam alteram, vt nobilitatis sanguinis, sed vtramque æquè considerauit: & quamuis vna ratio deficeret, altera sustinetur dispositio, quia vtraque fundatur argumento, §. *afinitatis cum similit. insit. de nupt.* Quinimò præcipue fundatur Roman. Pontif. ad reprobandam prædictam consuetudinem, in qualitate sanguinis ab ea requisita potius, quam eminentis scientiæ, vt patet, ibi: Nos igitur attendentes quod non generis, sed virtutum nobilitas (de qua latiffimè per Tiraguell. *de nobilit. c. 4. per totum*) vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundum catenam nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, ac pauperes, eo quod non est personarum acceptio apud ipsum: & statim quasi per accidens, & vt omnino satisfaceret allegationi contrariæ Capituli addit, sine adiectione aduerbij, quod & vix ad culmina dignitatum (necum ad præbendas) vtri eminentis scientiæ valeant reperiri. Sufficientissima igitur profecto ad irritandam prædictam consuetudinem est prior ratio absque secunda.

20 Saluati tamen potest, & debet opinio Celsi, si prædicta consuetudo esset immemorialis, quia cum hæc habeat vim priuilegij valida erit, & obseruanda, vt supra probauimus, & è fortiori idem erit dicendum stante confirmatione, vel approbatione Apostolica dicti statuti, vel consuetudinis, tamen si immemorialis non esset, vt in prima concl. sup. *proposita.*

21 Tertia conclusio principalis, Constitutiones Collegiorum Hispaniæ, quibus ab ipsis arcentur, atque excluduntur patientes notam generis, iustiffimæ sunt atque omnino seruandæ: tum quia tempore foundationis, & traditionis rei suæ potest quis apponere conditiones, & pacta, quæ voluerit, lege in traditionibus, ff. *de pact. lege etiam, §. licet, ff. solutus matrimonio.*

22 Vnde est in tempore foundationis Collegij ex proprio patrimonio possit quis apponere eam legem, & conditionem, vt tantum admittantur qui ex sua familia originem traxerint, vel de tali genere, siue patria, vel natione, vt

quotidie videmus, & iure probat Ignat. Salced. vbi supra, numero *decimotertio, in versiculo sic & propter.* Similiter & fundans Capellaniam respectu vocationis ad ipsam, & ad ius patronatus ipsius idem facere potest, vt iure probauimus *concl. 1. & 2.* Eadem igitur ratione excludi poterunt à Collegiis vniuersitarum horum Regnorum illi, qui ab Hebræis & ab aliis Infidelibus originem trahunt, vt defendit eorum statuta, in hoc dicens esse iustiffima Hojeda vbi supra, num. 136. Tum etiam, quia prædictæ constitutiones Collegiorum in specie, de qua agimus, sunt approbatæ atque confirmatæ Regia auctoritate, nempe l. 22. tit. 7. lib. 1. non. *collecl. Reg.* quæ est huiusmodi.

Porque en algunos Colegios de las Vniuersidades de estos nuestros Reynos ay constituciones, en que los dichos Colegios no reciben por Colegiales Christianos nuevos, mandamos que sobre ello se guarden las constituciones, sobre ello dichas por los fundadores de los dichos Colegios. Quam legem in proposito & bene vt expressam citauit Ignat. vbi supra, n. 14. qui post Simanc. & Otoror. vbi supra, n. 26. hanc nostram tertiam conclusionem tenet: etque certiffima, & quæ nec etiam patitur limitationem, quam supra reprobauius ad primam conclusionem assignatam ex Cordub.

Nec sufficit quem esse iam veteranum Christianum, nempe quod à parentibus Christianis natus fuerit, si tamen à genere Iudeorum descendat, quantumcumque tritannus eius fuerit ille, qui nouiter fuerit conuersus. Licet enim aliàs verbum illud *Christianos nuevos* non comprehendat eum, qui à sua natiuitate baptismum sacrum suscepit, vt supra resoluimus cum communi opinione, in principio huius quaestion. attamen, quoad Collegia hæc, & confraternitates familia statuta habentes, attendendus est communis vltus loquendi, qui propriæ significationi vocabuli præfertur, iuxta l. *librorum, §. quod tamen Cassin. ff. de legat. 3. & in cap. 2. de verbo. signific. & communem, de qua per Ioan. Orosc. in l. *omnes populi, num. 165. ff. de instit. & iur. etiam in materia odiosa & penali, secundum Ial. in l. stipulatio ista, §. hac quoque, num. 8. ff. de verb. obligat. & late Perez de maiorat. 1. part. quaest. 66. num. 10. & sic intelligendum non solum de Neophyitis, sed etiam de veteranis Christianis, si tamen à genere Iudeorum originem suam quamuis antiquam ducant: nec in hoc dubitandum, aut disputandum est secundum Azeued. in d. l. 22. n. 1. cum segg.**

Nec sufficit quem per priuilegium nobilem fieri, vt ad Collegia admitti possit, si tamen sit descendens ex Iudeis, vt in terminis tenet Pelaez de maiorat. 1. p. 9. §. 1. num. 30. quem refert, & sequitur Azeued. vbi supra, in fin. d. l. 22. & Ignat. vbi supra, num. 17. in fin.


Ex qua tertia conclusione plura deducuntur, quæ congerit & rectè probat Hojeda d. 1. p. de incompen. benef. cap. 23. num. 138. cum sequentibus. Primo inserte ipse ibidem, num. 137. defendit posse statuta militiarum Hispaniæ, nempe Sancti Iacobi, & Alcantaræ, Calatravæ, Sancti Ioannis, & Montefiæ, quæ quidem statuta ad præfatas militias non admittunt aliquem qui à Iudeis, seu Sarracenis originem ducat, sed eos tantum admittunt, qui ex antiquis Christianis originem trahunt, & nobiles simul sunt, vt latius continetur in præfatarum militiarum statutis. Secundo inserte n. 138. quod eisdem rationibus defenduntur similia statuta multarum confraternitatum Hispaniæ.

Tertio

Tertio inserte num. 139. ex prædictis defendi statuta familia aliquorum Monasteriorum ex Religionibus approbatis.

28 Tandem sub eodem num. 139. inserte à fortiori, statutum Ecclesiæ Hispaniæ iustiffimum esse, quod quidem solammodo excludit à dignitatibus, personatibus, & officiis ac beneficiis Ecclesiasticis Cathedralis filios, nepotes, ac pronepotes eorum, qui vt Iudæi, seu hæretici condemnati sunt per Sanctum Inquisitionis officium, vel saltem reconciliari. Reliquos autem descendentes minimè excludunt.

29 Et an & quando probatio de auditu in informationibus & Inquisitionibus, quæ fieri solent ratione præfatorum statutorum, sufficiat, vel non, latiffimè & optimè declarat Hojeda vbi supra, n. 140. cum sequentibus usque ad fin. C. ad quem est omnino occurrendum quoties casus contigerit, quia iuridicè & religiosè id decidit.



S V M M A R I V M.

1 Exportantes, & immitentes prohibita ad Infideles, quibus pacis puniantur? & numeris sequentibus per totam quaestionem, vbi tam iure communi, quam regio, & Canonico.

De pœna portantium & immitentium prohibita ad Infideles.

Q V A E S T I O XXVII.

1 VERO circa hanc l. 10. tit. 2. lib. 8. non. *collecl. Reg.* qua cauetur, que ninguna persona sea osada de sacar, ni saque para tierra de infieles pan, armas, cauallos, ni otras cosas vedadas so las penas contenidas en los Derechos comunes y de los Reynos. T que si sacaren, o diereu favor, o ayuda para que salgan Moros mudexares, o que passen en saluo los Moros que aca escurrieren cautiuos, o malos Christianos que se fueren a tornar Moros, o Iudais, que sean auidos por alanosos, y muerian por ello, y que los tales Moros mudexares sean cautiuos de quien los tomare, y aya todo lo que lleuaren, y los tales malos Christianos sean quemados en fuego por justicia, y los bienes que lleuaren sean de quien los tomare, lleuando los luego a la justitia del lugar Realengo mas cercano de donde los tomaren, para que conoça desta causa y se excoese esta ley.

2 Quæ pœna iure communi & Regio, & etiam iure Canonico, erat ante imposita his, qui ista prohibita ad infideles portant atque immittunt? Et de iure Ciuili capitis pœna, & confiscatio bonorum imponebatur, vt in l. 2. C. que res exportari non poss. Et de iure Regio idem videret decilum per l. 2. tit. 5. part. 5. & in l. 4. tit. 21. part. 4. pœna igitur huius nostræ legis 10. vt nouotis seruanda erit.

Iure autem Canonico decem pœnas his impositas referunt & congerunt Rebuff. in Bull. *Ciana Domini, aric. §. glossa fin. & Canter. in suis quaestionibus crimin. tit. de baref. num. 66. cum segg. pag. 416. & Azeued. in hac l. 10. num. 20. & Et inquit Canter. vbi supra, quod si iudex Ecclesiasticus procederet, posset etiam contra laicos & spoliare eos bonis suis, secundum decisionem textus in c. ita quorundam, de ind. & etiam si iudex Ec-*

clesiasticus procederet, confiscatio bonorum laici esset Principis secularis, bonorum vero clerici, Ecclesiæ, vel fisci Ecclesiastici.

Prima pœna est excommunicationis, vt in dicta Bulla Cœnæ Domini, & antea in aliis iuribus Canonici & Regis citatis per Azeued. vbi supra, num. 1.

Secunda, quod ab alio quam à Papa absolui non possit, vel de eius speciali mandato, teste Abbate in c. quod olim in fin. de Iudais.

Tertia, quod ferui efficiuntur capientium, etiam si Christiani fuerint, vt per Boher. §. i. de consuet. inris stat. person. in consuet. Bituric.

Quarta, quod sunt infames, & sic omnibus pœnis, quibus infames affliguntur, puniendi sunt.

Quinta, quod sunt intestabiles tam actiue, quam passiue.

Sexta, quod sunt inhabiles ad succedendum ab intestato, & ex testamento.

Septima, quod non possunt ad publica admitti officia.

Octaua, omnes actus legitimi sunt eis interditi.

Nona, omnia bona eorum sunt confiscata.

Decima, & vltima, quod diebus dominicis excommunicati publicè nuntiantur debent. Hæc pœnæ describuntur in extrauaganti prima de Iudæis, inter communes, & referuntur per Doctores supra citatos.

Considerat præterea Cantera vbi supra, dicto 5 num. 66. in versiculo secundo ex textu in dicto cap. ita quorundam, dum dicit capientium fieri seruos, quod si nullus eam capiat, si ipse qui portauit arma Sarracenis motus penitentia venit ad confitendum suum peccatum eorum iudice, est admittendus cum misericordia per iudicem Ecclesiasticum, & dabit ei penitentiam, punieturque extraordinariè, ne delictum remaneat impunium; & quod tunc non priuabitur bonis, nec erit seruus, sed imponetur ei aliqua pœna corporalis flagellorum, vel exilij. Si autem non venerit, sed iudex præhabita informatione capiat eum, si est iudex secularis condemnabit eum morte, & confiscatione bonorum. Si est Ecclesiasticus, priuabit eum bonis, & flagellatum mittet ad tritemes per aliquos annos ad arbitrium, per textum in d. c. ita quorundam.



S V M M A R I V M.

1 Exportari an possint victualia Infidelibus tempore pacis? & numeris sequentibus per totam quaestionem.

An tempore pacis possint asportari victualia infidelibus.

Q V A E S T I O XXVIII.

1 VERO secundo circa eandem legem, an tempore pacis possint asportari victualia Infidelibus.

Et pro introductione huius quaestionis obseruandum est, quod arma, equi, & alia res prohibita non possunt ab his Regnis asportari ad Infideles & inimicos Christiani nominis, nec illis vendi, donari, aut accommodari aliove modo dari

vilo vngquam tempore, etiam pacis, vt in l. 2. C. que res exportari non deb. vbi imponitur pena capitalis & confiscationis bonorum, & quod est crimen proximum proditioni, & in cap. ita quorundam, & ibi Innoc. & Abb. & in cap. ad delibendam de Iudaeis. Quae iura loquuntur in armis, ferro, & ligaminibus galearum sub penis in illis iuribus contentis, nempe excommunicationis, seruitutis, & amissionis bonorum, vt praediximus in questione praecedem. & l. 2.2. in princip. & in fin. tit. 5. partia 5. vbi dicitur, que es vna manera como de traycion, y pone perdimiento de bienes, y el cuerpo a la merced del Rey, & l. nostra Regia 10. quae eisdem penis iuris communis & regij punire eos iubet, & late prosequitur D. Azeu. in hac l. 10. per totam. Quo sic praehabito.

3. Inquisitione praemissa principio videtur licite posse tempore pacis asportari vi tualia Infidelibus, ex dicta l. 22. tit. 5. ibi. Orro si defendemus que ninguno de nuestro señorio no les lleue a la su tierra, mientras guerrearen con nusco, trigo, ni cenada, nin ceneno, nin olio, nin ninguna de las otras cosas è viandas, con que se pudiesen amparar, nin gelo vendan, nin gelo den en nuestro señorio para lleuar a su tierra, y esto so pena de perdimiento de bienes, y del cuerpo a la merced del Rey. Ponderanda enim sunt verba illa, mientras guerrearen con nusco, quae modificat atque qualificat prohibitionem: ergo tempore pacis non est prohibitum, vt notat ibi Gregor. Lopez in glossa trigo, versiculo, tempore pacis, nisi fieret (inquit ipse) in dispendium Christianorum, veluti si Sarraceni his se muniat ad pugnandum, quia suspicio belli haberetur vt tempus belli. Item in locis subiectis Soldano non liceret etiam tempore pacis, vt haberetur in extrauaganti Clementis V. incip. multa, in communibus, sub titulo de Iudaeis & Sarracenis, & tenet post alios quos citat Azeu. vbi supra, num. 9.

4. Secundo idem probati videtur, in e. quod olim de Iudaeis, ibi. Quando inter nos & illos guerra durauerit duxerim impedienda. Vbi prohibet transmitti ad eos quocumque modo, aut ingenio tempore guerra mercimonia, consilia, vel alia subdida sub pena incursionis excommunicationis, & irae Dei. Et ibi hoc tenent Innoc. & Gofred. & Socin. n. 6. & hanc esse veritatem testatur Syluest. in summa verbo excommunicatio 7. n. 6. & Boher. decisione 178. num. 18. quos refert & sequitur D. Azeu. in d. l. 10. n. 5.

5. Neque his obstat textus in l. 1. C. que res exportari non deb. dum probat esse veritum portare ad Barbaros vinum & aliud liquamen, & leg. mercatores, C. de commerc. vbi prohibetur omne commercium cum Barbaris, vt probatur etiam in dicto cap. quod olim, & in cap. significauit de Iudaeis: quia iura illa intelliguntur in hostibus, quando cum eis est guerra, quia tunc cum sint hostes omne commercium cum eis censetur prohibitum, quia Barbari erant hostes populi Romani, vt dicit glossa in l. non solum, C. de commerc. & probatur in l. mercatores, C. eodem ibi: vltra ea loca in quibus fuerit tempore, &c. & in terminis ex textu in dicto cap. quod olim, hoc notant Innocent. & Abb. ibi, dicentes quod tempore guerra omne commercium est prohibitum, & omnes merces sunt prohibita portari ad hostes. Si tamen non sit guerra, tunc non intelliguntur merces prohibita, & non incidit in penam eam portans ad Sarracenos, nisi essent aliqua de mercibus contentis in dicto cap. ita quorundam, cum illa etiam

tempore pacis sint prohibita. Eandem sententiam per praedicta omnia sequitur, atque defendit, & secundum eam consulit Rodericus Suarez in sua allegatione 18. per totam.

Hac tamen sententia ita iure probata, videtur correcte in his Regnis Hispaniae ex hac nostra l. regia 10. tum ex ratione posita in eius principio: tum etiam ex sua generalitate, inquit enim. *Grandes daños è inconuenientes se siguen a nuestros naturales, especialmente a los de Andalucia, y Reyno de Granada de la gran contratacion que algunos Christianos hazen en tierra de Moros, metiendo, y lleuando a los Moros armas, y cauallos, y pan, y otras muchas cosas vedadas: y metiendo Moros mudexares y captiuos, y malos Christianos por los puertos, para que se queden en tierra de Moros.* Haec est in primis ratio in praefatione posita, ex qua lux datur ad decisionem, & decisio debet intelligi iuxta praefationem l. ff. de her. instit. cum similibus, sed praedicta damnata militant tempore pacis, sicut tempore guerra, igitur, &c.

Subsequitur nunc generalis decisio, l. quae est huiusmodi: *Por ende mandamos y defendemos, que ninguna, ni algunas personas no sean osadas de sacar, ni seguir para tierras de infieles pan, ni armas, ni cauallos, ni otras cosas vedadas, &c.* ergo generaliter debet intelligi, scilicet, quocumque tempore & belli & pacis, argumento l. de pretio, ff. de public. in rem alio & l. non distinguemus, ff. de arbitris.

Sed potest huic l. vt supra inducta responderi, esse intelligendam & declarandam iuxta ius commune, nempe vt arma, ferrum, & galearum ligamina nullo tempore liceat transmittere ad Infideles sub penis dictorum iurium. Vi tualia vero, aliaque merces tempore guerra, vel treque similiter non liceat ad Infideles transmittere, vt in dictis iuribus, & in dicto cap. significauit, de Iudaeis. Tempore vero pacis licite possunt vi tualia illuc transmitti, vt euitemas iniuriam correctionem, & iura iuribus concordentur. Quae responsio potest comprobari primo ex littera nostrae l. 10. ibi, *ni otras cosas vedadas: dictio namque otras, latine, alia est repetitiua similitum, vt saepissime docuimus: ergo praesupponit lex nostra, que la palabra, pan que precedit es vedado tambien: luego haste de emender en tiempo de guerra, & de treque, quando el pan, y las demas viualias, y mercaderias son prohibidas, y no en tiempo de paz, quando son permitidas, vt in iuribus, & autoritatibus praecitatis. Secundo ex cadem nostra l. inferius ibi: *So las penas contenidas en las leyes de los derechos comunes, y de nuestros Reynos, que sobre esto disponen: ergo cum lex nostra se refert ad illas respectu impositionis poenarum, iuxta ea debet intelligi, distingui, interpretari, & declarari, & sic quod puniantur Infideles tempore guerra, vel treque transmittentes praedicta, sed eius vero tempore pacis, quia eo tempore leges illae hoc non prohibent, nec puniunt, sed imò permittunt, vt constat ex eisdem a contrario sensu, & tenet expressè DD. praecitati.**

Nec obstat primum ratio in praefatione nostrae l. posita, quia ipsa tantum videtur concurrere & militare tempore guerra, vel treque: sed eius tempore pacis, quo etiam si exportentur res non prohibita exportari, non videntur subsequi illa damnata & inconuenientia, de quibus in principio nostrae legis. Nec etiam obest secundum de generalitate decisionis nostrae l. quia ipsa bene distinguitur & modificatur ex verbis in ea appositis modo, vt supra perpenis, nempe *so las penas*

penas contenidas en las leyes de los Derechos comunes, y de nuestros Reynos que sobre esto disponen. Videtur igitur generalitas nostrae legis tantum procedere in rebus exportari & transmitti prohibitis ad Infideles, sine omni tempore, sine tempore guerra, vel treque, non vero de permittis tempore pacis. Acceditque quod nec Roder. Suarez, nec Gregor. Lopez, nec alius Regnicola praefata correctionem notauerit: credendum est enim eos minime ignorasse decisionem nostrae legis, & tamen adhuc remanent cum praedicta sententia: quod si aliud sentirent expressissent, vtrique & ille contrarium in praxi non consuleret; licet autem ad correctionem huiusmodi legis partitae, quam legit, adhaereret. His igitur fundamentis hanc partem teneo & probo nempe vt euitemas correctionem, & intelligamus nostram l. 10. iuxta dispositionem iuris communis, ciuilibus, & Canonici, atque iuxta dicta l. partitae.

5. Limitantur supra dicta omnia per dictam l. 23. in legatis Infidelibus ventibus ad Curiam Regiam, vel cum lite vt patet ex praedicta l. ibi. *Pero bien permitimos que los que viniere a nuestra corte en menagerias, & con pleyo, que les vendan la vianda que ouieren menester para comer, & para beber, de mientras quey moraren.* Sed & aliae limitationes colligi possunt ex Roderico. Suarez, vbi supra versiculo, sed posito, cum seqq.

S V M M A R I V M.

Operam dantis, vt Sarraceni capiant Christianos, qua poena puniantur? & numeris sequentibus. Et num. 5. quod de hoc delicto poterunt etiam cognoscere Inquisitores: & contra deportantes arma & cibaria prohibita Sarracenis, vt in num. 6.

De poena dantis operam, vt Sarraceni capiant Christianos. In eadem l. 10.

Q V A E S T I O XXIX.

**Q**UAE, quae poena puniatur dans operam, vt Sarraceni capiant Christianos, veluti tradendo aliquem Christianum Mauris? Hanc questionem mouet & examinat Canteria in sua question. crimin. cap. 1. de heret. schismat. &c. num. 66. cum sequentibus, pag. 426. & credit quod sit poena mortis & confiscationis bonorum, qua puniunt dans arma Infidelibus per l. 2. C. que res exportari non debeant: nam si hic hac poena puniatur, a fortiori qui dat homines exportando, vel vendendo Christianos Sarracenis, & idem si fecerit aliquis Christianus vt Christiani ad Sarracenis capiantur, modo id fiat dolo & malitia, vel propter pecuniam & interesse, sed eius si propter necessitatem, timore scilicet mortis, vel propter liberatam consequendam: quia cum quis esset captus ad Mauris promissa fuit sibi libertas, si tradidisset aliquos Christianos, quia tunc puniretur aliqua poena arbitraria.

2. Ego autem censo poenam nostrae l. 10. proprie conuenire in specie huius questionis, nempe, que fecerit auidos por aliecos y mueran por ello, vt patet ex nostra l. praefatione, ibi: *Y metiendo Moros mudexares, & captiuos, y malos Christianos por los puertos, para que se queden en tierra de Moros, iuncta decisione eiusdem Libi: T si sacaren, & dieran sanos, & consejo, & ayuda, para que salgan Moros mudexares, o que passen en saluo los Moros que aca estuieren captiuos, o malos Christianos que se fueren a tornar Moros, & Indios, que sean auidos por aliecos y mueran por ello.* Praesupposito, que los mudexares se llaman Moros menicamente conuertidos, vt in lege 5. in principio, supra hoc titul.

Imponit poenam nostrae l. 10. poenam ipsi exportantibus huiusmodi, nempe, que los tales Moros mudexares sean captiuos de quien los tomare, y aja todo lo que lleuaren, y los tales malos Christianos sean quemados en fuego por infidia, y los bienes que lleuaren sean de quien los tomare. Pero manda que el que los tomare, y prendiere lleue luego las tales personas y bienes para la infidia del lugar Realengo mas cercano de donde los tomare, para que conozca de la causa, y se exccute esta ley.

Si tamen aliquis fortuito praeter intentionem portaret Christianos, vel arma Sarracenis, verbi gratia, si dum portaret ex Hispania homines Christianos, vel arma, aut vtrumque in Italiam, & propter tempestatem imminente eiectus fuisset in Turcas, vel Sarracenos, qui caperent homines & arma, tunc nulla poena teneretur portans nauem, cum casu fortuito id acciderit secundum Felinam significauit, n. 7. ad fin. de Iudaeis, quem refert & sequitur Canteria vbi supra, n. 67. circa fin. Id verum intelligas, nisi aliud impudetur portanti nauem, quod potuit scilicet defendere nauem & noluit.

Et de hoc delicto possunt etiam cognoscere Inquisitores contra hereticam prauidam, vt late beneque probat Canter. vbi supra, num. 68. per totum, affirmans ita fuisse praedicatum in Inquisitionem Murciae, & approbatum per Consil. supernum Sanctae Inquisitionis. Ex quo etiam esse dicit, quod possint cognoscere & procedere etiam contra deportantes arma, & cibaria prohibita Sarracenis.

Operam dantis, vt Sarraceni capiant Christianos, qua poena puniantur? & numeris sequentibus. Et num. 5. quod de hoc delicto poterunt etiam cognoscere Inquisitores: & contra deportantes arma & cibaria prohibita Sarracenis, vt in num. 6.

De poena dantis operam, vt Sarraceni capiant Christianos. In eadem l. 10.

Q V A E S T I O XXIX.

**Q**UAE, quae poena puniatur dans operam, vt Sarraceni capiant Christianos, veluti tradendo aliquem Christianum Mauris? Hanc questionem mouet & examinat Canteria in sua question. crimin. cap. 1. de heret. schismat. &c. num. 66. cum sequentibus, pag. 426. & credit quod sit poena mortis & confiscationis bonorum, qua puniunt dans arma Infidelibus per l. 2. C. que res exportari non debeant: nam si hic hac poena puniatur, a fortiori qui dat homines exportando, vel vendendo Christianos Sarracenis, & idem si fecerit aliquis Christianus vt Christiani ad Sarracenis capiantur, modo id fiat dolo & malitia, vel propter pecuniam & interesse, sed eius si propter necessitatem, timore scilicet mortis, vel propter liberatam consequendam: quia cum quis esset captus ad Mauris promissa fuit sibi libertas, si tradidisset aliquos Christianos, quia tunc puniretur aliqua poena arbitraria.

2. Ego autem censo poenam nostrae l. 10. proprie conuenire in specie huius questionis, nempe, que fecerit auidos por aliecos y mueran por ello, vt patet ex nostra l. praefatione, ibi: *Y metiendo Moros mudexares, & captiuos, y malos Christianos por los puertos, para que se queden en tierra de Moros, iuncta decisione eiusdem Libi: T si sacaren, & dieran sanos, & consejo, & ayuda, para que salgan Moros mudexares, o que passen en saluo los Moros que aca estuieren captiuos, o malos Christianos que se fueren a tornar Moros, & Indios, que sean auidos por aliecos y mueran por ello.* Praesupposito, que los mudexares se llaman Moros menicamente conuertidos, vt in lege 5. in principio, supra hoc titul.

Imponit poenam nostrae l. 10. poenam ipsi exportantibus huiusmodi, nempe, que los tales Moros mudexares sean captiuos de quien los tomare, y aja todo lo que lleuaren, y los tales malos Christianos sean quemados en fuego por infidia, y los bienes que lleuaren sean de quien los tomare. Pero manda que el que los tomare, y prendiere lleue luego las tales personas y bienes para la infidia del lugar Realengo mas cercano de donde los tomare, para que conozca de la causa, y se exccute esta ley.

Si tamen aliquis fortuito praeter intentionem portaret Christianos, vel arma Sarracenis, verbi gratia, si dum portaret ex Hispania homines Christianos, vel arma, aut vtrumque in Italiam, & propter tempestatem imminente eiectus fuisset in Turcas, vel Sarracenos, qui caperent homines & arma, tunc nulla poena teneretur portans nauem, cum casu fortuito id acciderit secundum Felinam significauit, n. 7. ad fin. de Iudaeis, quem refert & sequitur Canteria vbi supra, n. 67. circa fin. Id verum intelligas, nisi aliud impudetur portanti nauem, quod potuit scilicet defendere nauem & noluit.

Et de hoc delicto possunt etiam cognoscere Inquisitores contra hereticam prauidam, vt late beneque probat Canter. vbi supra, num. 68. per totum, affirmans ita fuisse praedicatum in Inquisitionem Murciae, & approbatum per Consil. supernum Sanctae Inquisitionis. Ex quo etiam esse dicit, quod possint cognoscere & procedere etiam contra deportantes arma, & cibaria prohibita Sarracenis.

S V M M A R I V M.

1. Scriptura Maurorum an post eorum conuersionem seruande sint, & an iuramenta ipsorum eos ligent? & n. 3. Et quid de Iudaeis? n. 4.

2. Contractus, & instrumenta Christianorum confecta in fauorem Maurorum ante eorum conuersionem an valida sint, & seruanda, & contra?

3. Iudaei productus in testem non super Euangelia, sed super legem suam iurare debet, & n. 6.

An scriptura Maurorum post eorum conuersionem seruande sint, & an iuramenta ipsorum eos ligent? In l. 11. tit. 2. lib. 8. nou. collect. Reg.

Q V A E S T I O XXX.

**Q**UAE circa hanc l. 11. qua cauetur, que se guarden y cumplan todas las scripturas hechas por los Moros antes de su conuersion, an intelligatur tantum de scripturis in fauorem Maurorum confectis, vel etiam de illis instrumentis,

mentis, quæ contra se sunt, & an iuramenta eorum, vel Iudeorum eos ligent? Et quoad primum indubium videtur, de omnibus instrumentis indistinctè loqui nostram l. inter ipsos Mauros, & per ipsos confecta tam in suam fauorem quam contra se: tum, quia l. nostra generaliter & indistinctè loquitur: tum etiam, quia hæc fuit concordia sumpta cum illis tempore conversionis suæ paulo antequam ad nostram fidem conuerterentur, vt omnia instrumenta sua adimplerentur, vt patet ex primo nostræ l. Porque al tiempo que los Moros del Reyno de Granada se conuirtieron, se asento, que todas las escrituras que tuuiesen hechas hasta el dia de su conversion, les fuesen guardadas. Y porque de no se auer hecho assi han recibido muchos agrauios, por ende mandamos, &c. Et licet ex hoc versiculo, y por que de no se auer hecho assi, &c. videbatur prima quidem facie dicendum loqui tantum nostram legem de instrumentis factis in fauorem Maurorum, non vero contra se. Attamen eadem ratione idem dicendum est in instrumentis a se confectis in fauorem aliorum Maurorum, cum aliis, hi, in quorum fauorem sunt confecta, idem grauiamen parentur. Secundo, & denique cum sint contractus hinc inde obligatorii, & sic correlatiui dictum de vno contrahente censetur dispositum in altero, l. Labeo, §. contractum. ff. de verborum significatione: tempore enim traditionis rei suæ potest quis apponere conditiones & pacta, quæ voluerit & seruanda sunt, l. 2. traditioibus eum simul. ff. de pact.

2. Traditioibus eum simul. ff. de pact.
3. At vero circa iuramenta Maurorum, an sint seruanda, similiter & Iudeorum? In Mauris videtur absolutum per nostram l. ibi: T con las fuerças, y por la forma y manera que se guardauan entre ellos siendo Moros, y conforme a sus leyes, y que en las otras escrituras que entre ellos se ouieren hecho despuës que se conuirtieron a nuestra Santa Fe Catholica se guarden las leyes de nuestros Reynos.
4. In Iudeis autem videndus est Tiber. Decian. in 1. tom. tract. crim. in lib. 5. cap. 12. num. 25. vbi latè agit plures DD. referens, & resoluit quod Iudeus ligetur iuramento, & illud seruare cogatur, aliàs si peccat veniendo contra proprium iuramentum puniatur à iudice Ecclesiastico, quando à suis iudicibus & magistris non punitur, si perituri sit commissiui inter Iudeos ipsos, id est, violatum iuramentum prælitum Iudeo. Quod si prælitum sit Christiano, tunc compelli possit vt seruetur iuramentum, & puniri possit si transgredetur, ex eo quod sub religionis specie Christianum falleret. Si ergo contractus fieret à Iudeo cum Christiano, & iuret seruare, vel si Christianus deserat iuramentum Hebræo decisionum, vel si vt testis in causa Christiani deponat & peccat, poterit de perituro puniri, est id iuret secundum legem Moyli, & per decem præcepta, vt solent iurare Hebræi, vel etiam iurent per Christum: nam licet prohibeatur Iudeus iurare per Christum si tamen iurat cogere vt obseruare, vt ibidem probat adducens Doctores per singulis supradictis. Intabit igitur Iudeus, cum admittitur in testem de veritate dicenda, non super Euangelia (quibus non credit) sed super legem suam, vt probat Mascardus 2. tom. de prob. conclusione 877. ex num. 12. & conclus. 944.

ex n. 15. & Petrus Moncud. in addit. ad Crotum, in tract. de testib. 4. p. num. 151. & Petr. Zené. in collectan. 83. in Decret. num. 2. Quod autem diximus Iudeum iuramentum obligari, plures etiam auctores contra alios probantur, quos refert Stephan. Lamberteng. de contractib. post. glossa in verbo finis. n. 58. & 59. pag. 439. vbi num. 60. hanc opinionem affirmatiuam sequitur, & veterem arbitrat: quoniam dubium non est legi Moysæ, & sic veteri Testamento esse adstrictos, & ad eius obseruationem per secularem quoque iudicem cogi posse, vt ibi probat. Et num. 61. intelligit, vt non solum per laicum iudicem cogi possit Iudeus ad iuris iurandi obseruationem, sed etiam per summum Pontificem, aliumque iudicem Ecclesiasticum. Et num. 63. inquit, quod præfata opinio affirmatiua, quæ habet quod Iudeus iurando obligetur, præsertim procedit si res agatur inter Iudeum, & Christianum, secundum Paul. de Castro consil. 90. vbi quoad scriptura, fin. versiculo, si tamen lib. 2. lectus si iuret in contractu cum alio Iudeo facto: & quod hanc distinctionem sequitur Maranta de ordin. Iud. p. n. 51. vsque ad n. 58. vbi latius declarat obseruandum esse sine dubio iurandum à Iudeo prælitum, quomodo interpositum est super actu valido, putà testimonium perhibendo, vt felicit si tunc Iudeus fallum iuret de perituro coerceri possit.



S V M M A R I V M.

1. Iudeus an possit habere Christianam mancipium, & qua pena puniatur? n. 2. & 3.
4. Legatum factum Iudeo, Mauro, aut Heretico Christiani mancipij, an valeat?
5. Mancipium Christianum Iudeo seruare non potest, attento iure Canonico, aliàs Christianus potest eum redimere duodecim solidis, sine ad ingenuitatem, siue ad seruitium.
6. Iudei possunt habere ascriptitios ad excolendas terras.
7. Iudei causa mercium emere possunt nondum ad fidem conuersos, & quid si hi postmodum sint, vel fieri desideret Christiani?
7. Seruus Iudei si ad fidem Christianam se conferre voluerit, & à Domino Iudeo prohibeatur grauissimis penis castigabitur Iudeus, &c. v. hic.

An Iudei possint habere Christianum mancipium?

In l. 14. tit. 1. lib. 8. nou. collect. Reg. QVÆSTIO XXXI.

QVÆRO circa hanc l. 14. præcipient, que los 1 Moriscos no compren, ni tengas esclauos, &c. an Iudei possint tenere Christianum mancipium? Et videtur prima facie posse, cum in hoc titulo agatur de Iudeis & Mauris, & lex nostratantum loquatur en los Moriscos.

Nihilominus tamè Iudeis remanet res sub dispositione iuris communis, argumento l. commo-distimè. ff. de liber. & post. cum simul. ius autem civile prohibet ne vilius Christianum mancipium audeat comparare: nefas enim estimantur Honorius & Theodosius Imperatores religiosissimi famulos impissimorum emptorum dominio inquirari, vt in rit. C. ne Christ. mancip. & plura de hoc Concilia adducit D. Simanc. de instit. Catholice.

tholic. tit. 61. num. 16. vbi etiam & leges regias. 2. Quod si Iudæus teneat Christianum mancipium exilio multatur, & seruus ille confestim fit liber, etiam si donatum fuisset sibi mancipium illud, vt in l. 1. C. Christ. mancip. Et licet ibi imponatur pro hoc crimine pena capitalis, glossa tamen & omnes ibi interpretantur exilium: idem probatur in l. vltim. §. his ius dispositus. C. de Episcopis & clericis, secundum Tyber. Decian. 1. tom. tract. crim. lib. 5. c. 12. n. 30. 3. Hodie vero per legem 10. tit. 24. partit. 7. seruus fit liber sine solutione pretij, & Iudæus emens seruum, quem sciebat esse Christianum punitur pena mortis, idem probat etiam l. fin. in princip. tit. 21. partia 4. vbi quod etiam perdit omnia bona sua & sunt Regis, necnon & Mauris & Hereticis: nec valde legatum serui Christiani factum Iudæo, Mauro, aut Heretico, l. 13. in versic. è ann de timor. tit. 9. partia 6. & ibi Gregor. Lopez in glossa no es valdèra alia iura allegat: nec valet promissio huiusmodi, l. 22. tit. 1. partia 5. 5. Iure autem Canonico cauetur in c. 1. de Iudæis, vt nullum mancipium Christianum Iudæo seruiat, & quod Christianus possit redimere duodecim solidis, siue ad ingenuitatem, siue ad seruitium. Possunt tamen Iudæi habere adscriptitios ad colendas terras, modo illis maiora onera non imponerent, vt in c. 1. eod. tit. Hodie vero, cum non possint habere immobilia, frustratoria erit exceptio ista secundum Tyber. Decian. vbi supra. 7. Causa tamen mercium emere possunt nondum ad fidem conuersos. Quod si hi postmodum facti sint, vel fieri desideret Christiani, datis duodecim solidis pro quolibet ab eorum seruitio subtrahuntur. Quod si intra tres menses ipsos venales non exposuerint, vel ad sibi seruiendum emerint ipsi Iudæi, nec vendere, nec alij audeant eos comparare, sed nullo pretio dato perducantur ad

premia libertatis, c. fin. de Iudæis, & inquit dicta lex fin. versiculo pero si, tit. 21. partia 4. que si lo comprase con intencion de lo vender deuelo fazer hasta tres meses, è que si asta que estes tres meses se cumpliesen ir abajandose el señor de venderlo se tornase Christiano, no perdèria por ende el Iudæo, ò el Moro todo el precio que auiesse dado por el, &c. de quibus ibi.

Quod si seruus Iudæi ad fidem Christianam se conferte voluerit, & à domino Iudæo prohibeatur, grauissimis penis castigabitur Iudæus, & fiet liber seruus ille, nullo dato pretio tam iure ciuili quam Canonico, vt habetur in iuribus præallegatis, & ex illis deducit Tyber. Decian. vbi supra, num. 30. Neque idem minus libertatem consequuntur serui, quod domini eorum heretici, vel Iudæi ad fidem Catholicam fortè conuersi fuerint: nam & si ad Ecclesie vnitatem intra tempus gratiæ redierint, & omnia illis bona fuerint à Rege concessa, seruorum tamen dominium recuperare non debent, quia libertas quocumque modo data reuocanda non est, vt cauetur in instructione Hispanica, cap. 24. & probat Simanc. de instit. Catholice. c. 61. num. 9. expressa l. 8. tit. 21. partia 4. ibi: E maguer despuës desto se tornase Christiano, aquel que era señor no le finca por ende derecho en este, à tal que fue su seruo se se torno Christiano ante que el, vbi Gregor. Lopez in glossa desto, inquit, quod si dominus simul cum seruo conuerteretur ad fidem non perderet dominium serui, sicut non perderet Princeps, qui simul cum populo suo conuertitur ad fidem, dominium & iurisdictionem, argumento cap. Iudei el segundo de Iudæis, & in extrauagantes Ioannis XII. incip. Dignum, sub tit. de Iudæis inter Extrauagantes communes. Sed si ex hoc immineret periculum fidei, posset sibi auferri iurisdictione & dominium.

3. Hodie vero per legem 10. tit. 24. partit. 7. seruus fit liber sine solutione pretij, & Iudæus emens seruum, quem sciebat esse Christianum punitur pena mortis, idem probat etiam l. fin. in princip. tit. 21. partia 4. vbi quod etiam perdit omnia bona sua & sunt Regis, necnon & Mauris & Hereticis: nec valde legatum serui Christiani factum Iudæo, Mauro, aut Heretico, l. 13. in versic. è ann de timor. tit. 9. partia 6. & ibi Gregor. Lopez in glossa no es valdèra alia iura allegat: nec valet promissio huiusmodi, l. 22. tit. 1. partia 5.
5. Iure autem Canonico cauetur in c. 1. de Iudæis, vt nullum mancipium Christianum Iudæo seruiat, & quod Christianus possit redimere duodecim solidis, siue ad ingenuitatem, siue ad seruitium. Possunt tamen Iudæi habere adscriptitios ad colendas terras, modo illis maiora onera non imponerent, vt in c. 1. eod. tit. Hodie vero, cum non possint habere immobilia, frustratoria erit exceptio ista secundum Tyber. Decian. vbi supra.
7. Causa tamen mercium emere possunt nondum ad fidem conuersos. Quod si hi postmodum facti sint, vel fieri desideret Christiani, datis duodecim solidis pro quolibet ab eorum seruitio subtrahuntur. Quod si intra tres menses ipsos venales non exposuerint, vel ad sibi seruiendum emerint ipsi Iudæi, nec vendere, nec alij audeant eos comparare, sed nullo pretio dato perducantur ad



AD TITVLVM TERTIVM, De los Herejes, Reconciados, y Adiuinos, Hechizeros, y Agoreros.



S V M M A R I V M.

1. Heresis definitio, & numeris sequentibus, præcipue num. 4. cum pluribus seqq.
2. Hereticus, Apostata, & Schismaticus differunt inter se, & quis sit vnusquisque horum? & num. 3.
27. Fornicationem simplicem affirmans non esse peccatum, est iudicandus Hereticus.
28. Heresis ab electione dicitur.
29. Hereticus ad hoc, quis propriè dici possit plura requiritur, de quibus hic & numeris sequentibus.
30. Hereticus vt dici possit quis, debet esse prius Christianus baptizatus: aliàs à iudice seculari puniri possit, vt in n. 31.
32. Natus & conuersatus inter Christianos in dubio præsumitur baptizatus, secus si sit natus inter Infideles.
33. Baptizatum se esse probabili errore ductum pu-

tans, cum verè baptizatus non sit, an propriè censetur Hereticus, si postea heresi aliquando infectus fuerit?

34. Hereticus est, qui verè baptizatus, vel probapixato se gerens pertinaciter errat, vel tenet contra Catholicam veritatem.
35. Catechumens, qui constanti animo baptismum suscipere statuit, & postea in heresim lapsus fuit, an propriè Hereticus dicendus sit?
39. Infans baptizatus, qui captus ab Infidelibus ante usum rationis didicisti impietatem eorum, an sit censendus Apostata? & numeris seqq.
39. Hereticus nemo fit absque errore intellectus. Exemplum ponitur n. 40. & 41. & error esse debet in fide Catholica, vt in exemplo de quo hic, num. 42. 43. & 44.
45. Ecclesia Catholica, vt regitur ab Spiritu Sancto, non potest errare in fide, & in determinationibus suis dicitur Magistra veritatis.
46. Hereticus ad hoc vt talis censetur scientia requiritur, nempe, vt scierit quis erret in fide Catholica.